



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Nicolai Revsneri Ivrisconsvlti Therothermae, siue Aqvae
Ferinae**

Reusner, Nikolaus

Lavingae, 1581

VD16 R 1499

XXIV. In Querulum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12416

XXIII.

Io. Baptistæ Cratoni,

à Craſtheim. Io. F.

*Mensuram quicumq; sui CRATO nescit: ineptus
Scit bene mensuram nullius iste rei.*

XXIV.

In Querulum.

*Quid senium culpas, paupertatemque malignam?
Quin mores culpas tu magis vsque malos?
Quod natura parens, & quod fors dura ministrat:
Fas est, omne bonum, non id habere malum.
Sic paupertatem fert Ennius, atque senectam
Fortiter: à se ipso dum bona vera petit.*

XXV.

E Græco.

*Ira nouercalis nec mitis amore, nec ipsa
Morte fit. est Helle testis, & Hippolytus.*

XXVI.

Iohannis Fichardi Iurisc.

Epitaphium.

*Quamuis IANE fores animi maturus, & æui:
O mihi perpetua culte FICHARDE fide:
Tetamen immatura senem mors abstulit orbi:
Et lacrymas nobis sic, gemitusque dedit.*

B Nam